



Summæ Theologicæ Scholasticæ Et Moralis In Qvatuor Partes Distributæ Pars ...

In qua de Virtutibus in Communi, & Theologicis, Fide, Spe & Charitate, nec
non Virtutibus Cardinalibus, præsertim Justitia & Jure, ac Religione
ceterisq[ue] annexis, & Vitiis Oppositis in particulari breviter & dilucidè
tractatur

Herincx, Wilhelm

Antverpiæ, 1663

Quæst. I. Quid & Quotuplex Horæ Canonicæ? Item qui qualiter ad eas
obligentur?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72941](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72941)

DISPUTATIO SECUNDA.

De Horis Canonicis.

QUESTIO I.

Quid & Quotuplex Hora Canonica? Item qui & qualiter ad eas obligentur?

1. Quid hora canonica.



ORA Canonica (quæ etiam officium Divinum aut Ecclesiasticum solent appellari) sunt preces & laudes quædam vocales, quæ ex præscripto canonum seu Ecclesiæ dicuntur seu canuntur quotidie definitis horis. Quæ precandi formula est pia & salutaris, ut fides docet, & cuilibet insipienti clarè patet, ut insanos se ostendant Hæretici, illam impiè irritantes. Et quidem ab ipso Ecclesiæ exordio fuit aliqua communis precandi forma, etsi nõ tam completa, quàm nunc, in qua etiam similis ferè servabatur temporum distinctio. Vide Bellarm. tom. 3. l. 1. de bonis operibus c. 13. Suarez l. 4. c. 1. & c. 6. Hæcquæ ratione Ecclesia quoddammodo semper orat, & ita adimplet, illud Luca 18. Oportet semper orare.

2. Quam laudabiliter instituta.

Etiam ab ipso Ecclesiæ exordio.

3. Sunt numero septem.

Secundum alios octo.

4. Ad eas infra hominum genera obligantur.

5. Videlicet clerici sacrorum ordinum.

6. Idè potissimum ex consuetudine.

7. Item veniunt ad eorum præscriptum.

Itò ad chorum professis, pauci dubitent, vel contrarium teneant, inter quos novissimè Petrus Marchant & Caramuel. Quæ tamen sententia fuit à Magistro Sacri Palatii correctæ apud Emanuelum Saë in editione Romana, & acriter impugnatur à Diana P. 6. Tract. 8. Resol. 12. & aliis recentioribus. Sanè, cum jura etiam non sint clara de diaconis & subdiaconis, simili ratione liceret horum obligationem negare, aut in dubium revocare. De beneficiariis denique colligi solet ex antiquis juribus: patetque clarissimè ex Conc. Lateran. sub Leone 10. sess. 9. §. statimur.

Et beneficiariis.

Quod ad clericos Minorum Ordinum spectat, etsi valdè congruum sit, ut amplius ceteris se mancipent divinis servitiis, simpliciter tamen exempti sunt ab horum canonicis: imò etiam ab officio parvo B. Virginis, septem Psalmis & Cantico graduum. An autem tonsurati obligentur, saltem ad quotidie recitandum Psalmum Misere dubium est, quantum ad obligationem venialem. Videtur tamen consuetudo legendi (quæ generalis dicitur) solum esse consilii, nec per modum legis introducta. Ita Lessius, Wiggers & alii.

4. Secus est de clericis minorum ordinum. Etiam quoad officium parvum B. Virginis, Et consuetudo quoad Psalmum Miserere.

Obligatio legendi horas incipit in ordinatis & professis statim à die suscepti ordinis, aut factæ professionis: hæc ipsa tamen die solum tenentur recitare officium juxta tempus, seu horam, in qua suscipiunt ordinem aut emittunt professionem. Idem est cum proportionem de beneficiario, quod scilicet simili modo teneatur à die & hora, saltem capte pacificæ possessionis. Imò, si quis jam ante obligationem contractam totum istius diei officium persolvisset, deberet juxta Bonacina repetere partem respondentem tempori, quæ cepit obligatione: quod etsi valdè fundatum videatur, vereor tamen consuetudine non esse receptum.

5. Incipit dicta obligatio in ordinatis & professis ab instanti suscepti ordinis vel fuisse professionis, Et in beneficiariis ab instanti pacificæ possessionis.

Professi ad chorum eximuntur à sua obligatione, si sint ejecti ex monasterio (nisi sint in sacris aut aliunde obligentur) utpote per sententiam remoti à statu, in quo erat consuetudo obligas, & translati ad statum, in quo non reperitur ista obligatio aut consuetudo. Ita Bonacina & alii contra Navarrum & Malderum, quos citat & sequitur Wiggers c. 2. d. 11. Immo Bonacina idem putat de fugitivo: sed contradicit Lessius, Suarez & à fortiori alii mox citati. Idem est, si deputatus ad chorum transferatur ad statum laicorum: remouetur enim à statu, in quo est obligatio consuetudinalis, ad statum, in quo non est. Idem denique est de

6. Ab ea liberatur religiosus ejectus.

7. Quid de fugitivo & quibusdam aliis.

